

Ex iis Homeri atas colligi potest. qui paulo post Ioni- cam migrationem exiit; si quid Herodoto credi- mus. Nam in calce vite Homeri sic ille concludit. A Trojana expeditione ad frequentatam oppidis Lesbon, anni sunt cxxx. Hinc ad Camæ, quæ Æolica, & Phri- cotis appellata est, conditum; anni viginti. Post octo- decim deinde annos à Cumanis condita est Smyrna. quod est tempus natalis Homeric. Colliguntur à Troja capta ad Homerum, anni cxxviii. Addit ab Homeri ortu ad Xerxis transitum annos intercedere 622. Sed fallitur. Non enim plures, quam 536. interjecti sunt. Capta est Troja anno Per. Jul. 3530. Xerxis abhinc anno 4234. Intervallum anni 704. Deduc annos 168. quibus Troja posterior est Homerus. Consistent anni 536. Itaque post Ionicam migrationem natus est Homerus annis 28. Alii vetustiorum paulo fuisse censent. alii hand paulo recentiorum. Philochorus apud Clemen- tem annis 180. post Trojanam cladem. Aristarchus in Commentariis ad Archilochi carmina, ad ipsum re- fert migrationem Ionicam tempus Apollodor centum annis post migrationem collocat: quando Lacedæmo- ne regnabat Agelæus Dorysæi filius: adeo ut Lycu- rus eum viderit. Euthymenes æqualem illum Hefio- di facit, ducentis post Trojanum excidium annis. Era- tosthenes centum annis post Trojanam calamitatem. Theopompus quingentis horuisse memorat. Eupho- rion circa Olympiadem xviii. Sosibius nonaginta annis ante primam Olympiadem. Hæc opinionum de Homeri tempore non minor quam de patria diversitas. Nos Herodotum sequemur.

CAPUT XXXIII.

De Lacedæmoniorum, & Corinthiorum regnis ab Heraclidis fundatis.

POST Heraclidarum καθεδον, ac Peloponnesum eo- rum armis occupatam, mox regna potissimum duo consecuta sunt; Lacedæmoniorum, & Corinthiorum. Lacedæmoniorum reges ante Heraclidas fuerant, Tyn- daridæ: quorum postremus Tifamenes fuit Orestis fi- lius. quo regnante Dorienfes Heraclidæ Peloponnesum occuparunt. atque inter ceteras regiones Laconicam præcipue suo quodam jure sibi vindicarunt. Ferunt enim Herculem Tynдарum ab Hippocoonte pulsum in regnum ea lege restituisse, ut illud posteris suis tam- quam depositum servaret. Auctor Diodorus lib. iv. Igitur pulso Tifamene Aristodemi filii duo primi ex Heraclidis Lacedæmone regnarunt. quod incertum esset uter utro prior in lucem exisset. Cum autem communis omnium opinio sit Aristodemum Temeni, & Cresphontis fratrem in ipso expeditionis apparatu mortuum esse: Lacedæmonii tamen, ut refert Herodo- tus lib. vi. Aristodemum apud se regnasse contende- bant, eique filios ambos pariter esse successores. Præ- fiat communem hac in re sententiam amplecti. secun- dum quam Lacedæmoniorum sub Heraclidis regnum in- nit anno Per. Jul. 3612. post Troje άλωση anno octo- gesimo secundo; ante Olympiadem primam, 326. Quod Eusebio consentaneum est: cujus in Chronico annus ab Abrahamo 916. est Eurythæi primus. Dux porro familia regum erant. altera ab Eurythene: quæ Eurythendarum nominata; eaque princeps. altera Proclidarum à Procle, quæ & Eurypontidarum ab Euryponte Proclis nepote dicta. quemadmodum & prior Agidarum ab Agide Eurythæni filio. Sed posterior minus honorata fuit, ut Herodotus refert lib. vi. ob id unum; quod Eurythenes prius in lucem editus fue- rat: uti certa ratione deprehensum est, quam ex eo- dem repetit. Eusebius Lacedæmoniorum regnum de- fuisse scribit anno ipso, quo Olympias prima celebrata est. Novem quippe dumtaxat reges ex una Eurythæ- nidarum familia numerat: quorum postremus est Al- cæmenes, qui sanè sedissimus est error. Constat enim longe postea propagatos esse utriusque familia reges. Nam Cleomenes Leonidæ F. ex gente Eurythæni- da-

Dux fa- milia regum Lacedæ- monio- rum.

pag. 166.

pag. 220.

Propter Part. 2. de prædiction. Dei cap. xviii. primus Judas inter ceteros judices fuit qui judicavit Israël; mox Deborah nomi- nat. Videtur Othonielem intelligere. Tetovini.

rum postremus, qui in Ægyptum fugit; mortuus est anno I. Olymp. ext. ut refert Polybius. Quamquam ex eodem genere substitutum refert Agefipolidem Age- fipolidis F. Cleombroti nepotem: ex altera vero fami- lia Lyeurgum, qui tamen alienus erat, & regnum præ- tio comparaverat. Duravit ergo Spartanorum regnum annis ferè 883. hoc est ab anno Per. Jul. 3612. ad 4494. quo mortuus est Cleomenes.

Sub idem tempus Heraclidæ Corinthi regnare cœpe- runt; quorum primus fuit Aletes à quo deinceps usque ad Cypseli tyrannidem regnarunt, quæ posterior est Heraclidarum reditu anni 447. ut ait Diodorus in Col- lectaneis Græcis Scaligeri. Quamquam non plures exi- stant anni quam 417. ex regum serie, quam ibidem Diodorus exponit. nisi forte ultimum Cypseli tyranni- dis annum comprehendat. Quintus ab Alete fuit Bac- chis; à quo Bacchiadæ deinceps appellati reges. Postre- mus fuit Automenes: qui cum annum regnasset, pos- tea annui Prytanæi constituti nonaginta annis præfe- runt, usque ad Cypseli tyrannidem. Pausanias Corint. ultimum Heraclidarum regum Telestem esse dicit, qui ab Arico, & Peranta occisus est. Sed perexiguum dif- crimen est. Automencem ponit Eusebius anno Abraami 1238. tertio ante primam Olympiadem. Ab anno ita- que Per. Jul. 3612. quo regnum Corinthiorum in- nit, ad 3935. quo Automenes desit, anni sunt 324. adde 90. ad Cypselum; cœperit ille anno Per. Jul. 4025. Olympi- adis xxi. anno quarto. Atqui Periander ejus filius cœpit anno primo Olympiadis xxxviii. ut refert ponit Eusebius, Per. Jul. 4086. & quadraginta regnavit an- nis, mortuus anno quarto Olymp. xviii. ut auctor est Laërtius. Proinde Cypselo anni erunt imputandi lxxii. Atqui non plures xxx. ab Herodoto tribuuntur. Ergo Herodo- tianis annis cxxxi. circiter, non xc. Prytanis præfuerunt. Ab initio regum Heraclidarum ad Periandri mortem, anni sunt 518.

CAPUT XXXIV.

De conditu Templi Salomonici. Quanta sit computandi ab Exodo ad hanc epocham temporis difficultas, & de variis super ea sententiis; qua minus probantur.

LIBRO III. Reg. cap. vi. 1. expressa Scriptura ver- ba sunt, quibus intervallum istud definitur annis cccclxxx. Factum est ergo quadragesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israël de terra Ægypti, in anno quarto mense Zio. Ipse est mensis secundus regni Salomonis super Israël. adificari cepit domus Domini. Hæc tam diserta factæ historie verba nemo esset, qui aliter interpreta- retur, quam anno ipso quadragesimo, & octogesi- mo ab eo, quo egressi sunt Israëlita, mense secundo templi conditum auspiciatum esse Salomonem, adeoque mundi 2932. Per. Jul. 3662. vel quoniam Hebraicè scriptum est, שנת שניו שלום שנת שניו שלום שנת שניו שלום; sequente anno: mundi 2933. expletis cccclxxx. & incunte cccclxxxii. Nam 2 littera nonnumquam est idem atque, post. Verum ex aliis scripturæ locis perplexa controver- sia nascitur; utrum accuratus ille sit numerus: aut com- moda aliqua interpretatione sic explicandus, plures ut anni reipsa, quam qui exprimi videntur, in illud spa- tium incurrant. Exponam breviter unde tam aperte con- cepto numero dubitatio, ac difficultas oborta sit.

In libro Judicum, & I. Reg. ubi totum illud intervallum per partes describitur, & eorum, qui tum populo præ- fuerunt, tempora dinumerantur, multò plures anni ex singulorum spatii in unam summam collectis efficiun- tur, quam cccclxxx. * Etenim post Josue obitum, cum ad vicinarum gentium superstitionem defluisent Judæi, traditi sunt in servitutem Cusani Rafathaim re- gis Mesopotamiæ; servieruntque ei annis viii. Jud. III. 8. Inde quievit terra xi. annis, quibus Othoniel administravit, com. 11. Postea cum denuò peccassent, traditi sunt in potestatem Eglonis Moabitæ regis annis xviii. com. 14. Sed resipiscitibus illis, excitavit Dominus Aodum; sub quo terra quievit annis lxxx com. 35.

com. 35. Rursum peccantes Israëlita dediti sunt Jabino regi Chananao, cui servierunt annis xx. Jud. iv. 3. Liberati sunt portò à Debbora & Baraco; quievitque terra annis xl. cap. v. 32. Post in Madianitarum potesta- tem venerunt annis vii. cap. vi. 1. Unde a Gedeone libe- rati; quo præsidente, quievit terra annis xl. cap. vii. 1, 28. Secundum hæc regnavit Abimelech annis III. cap. ix. 22. Postea Thola judicavit annis xxi. cap. x. 2. Suc- cessit Jair, annis xxii. com. 3. Inde per annos xviii. oppressi sunt à Philisthæis, & Ammonitis, com. 8. Seph- the deinde judicavit annis vi. cap. xii. 7. Post hunc Abefan judicavit annis vii. com. 9. Successit Ahialon Zabulonites, annis x. com. 13. Tum Abdon annis viii. com. 14. Sub hæc Philisthæis servierunt, annis xl. cap. xiii. 1. Samson exinde judicavit annis xx. cap. xvi. 31. Hæc in libro Judicum. At libro I. Reg. Heli judicavit Israëlita annis xl. cap. iv. 18. Actorum verò xiii. 20. Samuel & Saül præfuerunt annis xl. David regnavit annis xl. Reg. II. cap. v. 4. Postremi sunt Salomonis anni iv. Colliguntur anni ab eo tempore, quo à Chufan oppressi sunt, dxxxiv. Quibus adjungendi primum anni xl. qui- bus in solitudine versati sunt Israëlita. Tum anni vii. ad xlviii. & assignationem agrorum. Fiunt anni, qui in facris litteris expressi, ac distincti sunt, dxxxii. Atqui Josue post distributionem agrorum aliquot vixit annis. Josue enim lib. v. cap. 1. sub finem scribit illum septem- giv fuisse post Moysi obitum, annis xxv. Dempis vii. quos jam computavimus, reliqui sunt adiacendi xvii. Eusebius in Chron. imputat eidem annos xxvii. Ex quibus xx. post Josue mortem seniorum mentio fit, qui longo post Josue vixerunt tempore; sub quibus

Israélite Domino servierunt. Quare antequam Chu- sano servierent, post obitum Josue aliquanto tempore in officio sese continuerunt. Servolique Israël, ait Scriptura, Domino cunctis diebus Josue, & Seniorum, qui longo vixerunt tempore post Josue, &c. Quare omni- bus annis unam in summam conjectis, plures quam oc- confurgunt ab exitu Israëlitarum ad Templi conditum. Præterea Actorum xiii. 20. post κληρονομίαν ad Sa- muelem usque numerantur anni ccccl. & ἐξ ἧς πάντα ὡς ἐπισημασμένοι ἐν πενήκοντα, ἰδὼν κερταί, ἰσὺς Σαμουὴλ & Προφῆτι. Quæ in Latino paulo aliter distinguuntur. Sorte distribuit eis terram, quasi post quadragesimos, & quinquaginta annos: & post hæc dedit Judices usque ad Sa- muelem Prophetam. Ex Græco apparet ista: Quasi post quadragesimos, &c. cum sequentibus esse copulanda. Igitur Judices ad Samuelem usque, & quidem excludi- ve: (Nam ejus & Saülis anni xl. separatim subiunguntur) annos auferunt ccccl. Adde nunc Davidis xl. Salo- monis iv. Tum xvii. ab Exodo ad κληρονομίαν: Josue xx. & Seniorum quot voles; nonne haud paulò plures, quam qui in lib. III. Reg. numerantur, anni consistunt? Reliqua, quæ ad augendam hæsitationem pertinent, argumenta prætermitto: veluti quòd est in libro Judicum singillatim enumerentur ii, qui populo ju- diciaria potestate præfuerunt: non tamen satis illud declaratum est, utrum ἀμείων, ac nullo interjectio- spatio, vel interregno, insequentes Judices successerint; an aliquod tempus à priori Judice ad postero- rem elapsum, & à Scriptura dissimulatum fuerit. Sed quæ sunt expressa Judicum, aliorumque intervalla, & hæcenus explicata, in sequenti tabella describe- mus.

Laterculum Judicum ex Scripturæ & aliorum ratiociniis.

Ex facris libris.	Anni.	Loca ex quibus colliguntur anni.	Ex Clemente Alexandrino Lib. I. Strom.	Ex Eusebii Chronico.
Moyfes	40	Jos. 5. Orig. 1.	Moyfes	40
Josue	25	Jos. xxv, 31.	Josue	27
Seniores longo tempore			Servitus sub Chufachar	8
I Servitus sub Chufan	8	Jud. III, 8.	Othoniel	40
Othoniel	40	Jud. III, 11.	Aod	80
II Servitus Moabitica	18	Jud. III, 14.	Debbora	40
Aod	80	Jud. III, 30.	III Servitus sub Jabin	20
III Servitus Chananaa	20	Jud. iv, 3.	Debbora	40
Debbora	40	Jud. v, 32.	IV Servitus sub Madian	7
IV Servitus Madianica	7	Jud. vi, 11.	Gedeon	40
Gedeon	40	Jud. viii, 28.	Achimelech	3
Abimelech	3	Jud. ix, 22.	Bolean Bedan F.	23
Thola	23	Jud. x, 2.	V Servitus sub Ammon.	18
Jair	22	Jud. x, 3.	Jephthe	6
V Servitus Ammonitica	18	Jud. x, 8.	Abattham ex Juda	7
Jephthe	6	Jud. xi, 7.	Ebron Zabulonites	8
Abefan	7	Jud. xii, 9.	Eglon ex Ephraim	8
Ahialon Zabulonites	10	Jud. xii, 13.	V Servitus sub Philisthæis	40
Abdon	8	Jud. xii, 14.	Samfon	20
VI Servitus Philisthæa	40	Jud. xiii, 1.	Heli	40
Samfon	20	Jud. xvi, 31.	Samuel & Saül	40
Heli	40	I Reg. iv, 18.	David	40
Samuel & Saül	40	Act. xiii, 20.	Salomon	4
David	40	II Reg. v, 4.	Colliguntur anni	479
Salomon	4	III Reg. vi.		
Colliguntur anni	599			

EX
HEMETH
E

40 DE DOCTRINA TEMPORUM,

Clemens Alexandrinus in fine varie numeros concipit, quem tu consulte. Iosephus Scripturæ numeros ferè sequitur; & idem lib. viii. cap. 11. annos ab Exodo ad Templi conditum colligit dxcii. quot & Clemens. Sed Tholam præterit: quem si addideris, anni plures existunt. Ex his, opinor, intelligis, summam illam annorum cdxlxxx. non præcise sic accipiendam, ut ab eo tempore, quo ex Ægypto in solitudinem migrarunt Israëlita, totidem, non plures impitentur. Sunt qui corruptum huac annorum numerum lib. III. Regum cap. vi. ausi sunt asserere, & pro cccclxxx. centum circiter additis, quingentos octoginta substituunt. Cujusmodi in desperatis Chronologia questionibus, uti in perditis civitatibus *Χερωνία*, extremi esse solent exitus. Verum hæc nimis effrazata grandandi in Scripturam licentia coercenda, & repudianda videtur. Alii salva loci illius integritate aliter tempora ista dispensant. Est ea vulgaris maxime conciliandi ratio, uti perique servitutum anni Judicium temporibus absorbeantur: quemadmodum ab Eusebio factum in ejus Diagrammate vidimus. Qui quidem annos Tholæ xxi. tantum assignat, cum uno amplius sacri codices tribuant. Idem & Ahialonem, sive, ut Græci legunt, Ælonem expungit, quem haberi negat apud lxx. Atqui non solum in Græcis omnibus hodie existit; sed etiam à Clemente Alexandrino recensetur. Eusebium cum alii, Græci maxime, fecuti sunt; tum August. xviii. de Civit. cap. xxi. & Beda, qui, ut observat Scaliger, Ahialonem apud lxx. desiderari putat. Addit ad hujus decennium splendendum plures annos Eusebio Iosue, Samueli, & Saûli tribuisse, quam in Iosepho legebat. Quod mirum est excidisse Bedæ. Nam Samueli & Saûli annos Eusebius imputat xl. quot Scriptura concipit, non quidem in libro Jud. sed Aët. xiii. Iosephus verò totidem in calce libri vi. Nam Saûlem, ait, vivente Samuele, annos regnasse xviii. mortuo verò Samuele, annos xxii. Quibus si annos adjicias, quibus post mortem Heli solus administravit Samuel, multo plures huic & Saûli consent, quam quot Eusebius assignat. Redeo ad Judicium Chronologiam; quam ita vulgò dispensant; ut omnes anni sive pacis, sive belli; libertatis, vel servitutis, ad annos Judicium à Scriptura tributos revocentur. Hoc verò non eodem ab omnibus modo pertractatur. Probabilis est ea maxime annorum distributio, quam Eusebius sequitur; dummodo & annum unum Tholæ restituas, & Ahialonem post Abefan, vel Efebon cum annis suis x. subicias, & Iosue annos tantum xviii. assignes. Ita enim fient anni ab Exodo ad conditum Templi cccclxxx.

Vulgaris hujus intervalli descriptio rellitur.

Equidem si ulla ratione consequi possem, ut summam illam cccclxxx. annorum lib. III. Reg. expressam cum Historia sacra, & expansis, ut vocant, annis Judicium conciliare illo pacto possem, libenter ad communem me sententiam aggregarem. Sed tam evidens, ac diserta est libri Judicium auctoritas, quæ longè plures huic annos attribuit; ut servitutum, & interregnum illa confusio non violenta minus, & si verum querimus, Scripturæ ipsi contraria videatur. Quis enim non animadvertit coactum illud, & necessitate potius extortum, quam rationi ulli consentaneum esse, quod annos servitutis cum iisdem implicent? Ecce cap. III. com. 8. libri Jud. Israëlita ab irato Domino traditi referuntur in manus Chufan, eique servitute annis octo. Sed clamantibus illis, & ad Deum conversis suscitavit eis Salvatorem Othonielem, qui Chufan oppressit. *Quiescitque terra* (inquit) *annis xl.* Quis ista legens non judicat annos octo priores à xl. posterioribus planè esse separandos; & hos ipsos xl. tum demum coepisse, postquam octenni illa servitute perfuncti sunt? Etenim quiescendi verbum servituti, & captivitati ex adverso respondet. Non est igitur ferenda hæc interpretatio, sive potius depravatio, quæ viii. annos, quibus in servitutum traditi sunt Judæi, partem esse censet illorum xl. quibus pax & securitas ejus opera parta est, quem ad populum suum liberandum Dominus excitavit. Scriptum est eisdem libri cap. II. 12. & sequentibus, Israëlitas identidem spreto Domino se ad Gentiles cultus, & Idola convertisse: ideoque pessundatos, & afflictos esse. Deinde ad eosdem liberandos Dominum suscitasse

Judices. Subjicit his com. 18. *Cumque Dominus Judices suscitaret, ip diebus eorum seclabatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cade vastantium.* Postquam autem mortuus esset Judex, revertentur, & multo faciebant pejora, quam fecerant patres eorum. Ergo Judicium illis temporibus, quibus quiescit terra dicitur, hoc est liberata fuisse, & ab afflictione illa vacasse, non utique serviebant: sed libertate ac quiete fruebantur ea, cujus vindicanda gratia Judex erat excitatus. Quam igitur alienè xi. Othonielis annos à Iosue morte computant! In quo Scripturam habent repugnantem. Hæc enim Iosue ult. 31. *Servavit, inquit, Israël Domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo vixerunt tempore post Iosue.* Velim mihi respondeant, sitne idem Dominus Israëlitem servare, ac facere malum in conspectu Domini. Post Iosue mortem longo tempore servavit Israël Domino: & idem postea fecit malum in conspectu Domini, & oblitus est Dei sui, servavit Baalim, & Ashtaroth. Jud. III. 7. Unde in servitutum traditi sunt. Post hæc quiescit terra xi. annis, com. 11. Necessè est igitur octo illos afflictionis annos aliquanto post Iosue mortem intervallo contigisse. Ita com. 14. ejusdem capituli, Israëlita ob delicta sua xviii. annis à Moabitis oppressi sunt; donec ad illorum preces reconciliatus Dominus Aod immisit, à quo Moab humiliatus dicitur; quiescitque terra annis lxxx. Sed clarissime Jud. viii. 28. post annorum vii. servitutum à Madiantibus illatam, asertore Gedeone; quiescit, ait Scriptura, terra per xl. annos, quibus Gedeon præfuit. Non præfuit autem Gedeon antequam populum in libertatem restituisset; adeoque non ante vii. illos evolutos annos, quibus servitutum. Hæc tam expressa sunt Scripturæ testimonia, ut non sine audaci aliquo facinore, imo verò manifesta divinatione, atque Historiæ sacræ illata vi, suum in sensum communis ab sententia patronis inflecti possint. Ribera noster plus atque eruditus Interpres lib. I. de Tribu cap. I. duobus modis occurrit. Primum enim Hebræos ait cardinalibus uti numeris ordinalium vice. Ideo verba hæc; *Quiescitque terra xl. annis*, & his similia, perinde accipit, ac si vel scriptum, quadragesimo anno. id est post mortem Iosue, & Seniorum, expulso dominato regis Syriæ, tandem quadragesimo anno terra quiescit. Verum neque cum Latina nostra, neque cum Græca versione interpretationi isti convenit. Tum absurdum est uno tantum anno quiescit terram. Denique locus ille Jud. viii. de Gedeonis xl. annis tergiversationem istam excludit. Secundò respondet; quiescere terram, nihil aliud esse, quam bellum nec incidere, nec adversus eos, quibus erant in servitutum traditi, rebellare. Itaque xl. annos quiescit terra, quia maxima hujus temporis pars, atque adeo tota ferè, nulla prælia habuit. Sed nec ista responsio multum adversus tam disertam Scripturæ sententiam promovet, quæ servitutum & oppressionum annos à sequentibus libertatis quiescitque tribuit. Non meliora sunt, quæ alii Chronologi, & Interpretes excogitarunt; apud quos nihil hæcenus reperi, quod annorum illam seriem, quæ in Judicium lib. describitur, intra cccclxxx. coerceri posse persuaderet. Ut de Pauli auctoritate nihil dicam, qui ab agrorum assignatione ad Samuelem ferè ccccl. annos enumerat.

CAPUT XXXV.

Quæ sit verior intervalli ab Exitu ad Templum conditum annorum descriptio. Explicatur locus ille III. Reg. Quadragesimorum octoginta annorum numerum non ab exitu ex Ægypto; sed ab ingressu Palestina putari. Explicatur qui fuerint Judices.

NEMINEM opinor esse, qui si Judicium, & eorum, qui ab Exodo ad Salomonem Judaico populo præfuerunt, tempora ex Judicium libro conetur eruere, nec dum alterum illum è III. Regum lib. locum legit; aut si in omnino non exstet; aliter de toto hoc intervallo sentiat, quam plures eidem octoginta & quadragesimorum annis esse tribuendos. Quamobrem cur totidem annos præcise definiant, causa est alia nulla, nisi quod in illo III. Reg. capite summa ista nominatim comprehensa sit. Nam ad eam potissimum aucto-

ritatem

LIBER NONUS, CAP. XXXV.

ritatem adhaerentes, reliquas omnes, quæ diversum annorum numerum longè & frequentioribus, & aperiorebus indicibus ostendunt, suavi aliqua interpretatione molliendas (sic enim quidam ex illis loquuntur) existimant, omninoque ad ejus, quem arripuerunt, loci fidem, & sententiam exigendas. Sed hoc nimium ab illis audire velim, cur quod in illo III. Regum libro significari videtur, elegerint potius, quam quod aliis libris elicitur: cur, inquam, suavis illa, & mollis interpretatio ad Judicium historiam magis adhibeatur, ac Pauli testimonium, quam ad alterum illum locum; si non minus opportunè isti, quam aliis affingi, accommodari que possit. An quod in lib. III. Reg. legitur; anno quadragesimo octogesimo ab exitu filiorum Israël, inchoatum esse Templum; expressus est, quam quod Exodi xi. 40. Moyses declarat, habitationis tempus, quod in Ægypto Israëlita transegerant, quadragesimorum triginta annorum fuisse? Et tamen nullus est hoc tempore, & patrum nostrorum memoria vix unus alterve fuit; qui tam diserta auctoritate fretus quadragesimorum triginta annis in Ægypto Jacobi posteris habitasse crediderit. Quid ita? Nempe quod ex sacris sacrorum librorum historiis *ἡ τὸ σατταμύθιον* multo pauciores anni subducantur; videlicet ex Levitica propagatione stirpis in Caath, Amram, & Moysæ. Quamvis autem nullus Scripturæ locus in promptu sit, quo *ἡ τὸ πῶρον* istarum tempora definiantur: nihilominus quoniam ratione videtur alienum duabus generationibus quadragesimorum & triginta annos imputari, audent humanum ingenium expressissimæ sacrorum auctoritati codicum ratiocinationis suæ pondus opponere, & quod clarissime pronunciatum videtur, sua interpretatione ita detorque, ut cum verbis ipsius sententia pugnet. Nam synecdochicos spatium illud annorum cccc. ad Israëlitarum proavos extendunt, Chananaemque terram: ut alibi diximus. quod neque Moyses scripsit, neque Latina nostra editio comprehendit. sed id in quibusdam Græcorum exemplaribus existit, hoc est ab illis suppletum fuisse, perpauci testati sunt; nos illorum fidem & auctoritatem Hebræicis, id est authenticis Moysi voluminibus, ac Latinis anteposimus. Neque ego factum reprehendo. Sed hoc unum defendo; si iustissima illa causa visa est, cur ab expressis Scripturæ verbis in ista cccc. annorum putatione discederetur; tamen locus objici nullus alius posset, in quo diversum ejusdem intervalli calculi iniretur, neminem jure posse mirari, cur cum alia pleraque Scripturæ loca multo plures annos ab Exodo ad Templi conditum, quam cccclxxx. illos, qui nominatim alicubi definiti sunt, aperte plandem colligant; unicum hunc ad illorum fidem commoda interpretatione transferre, quam unius auctoritate ceteris vim inferre, consultius arbitremur. Quocirca magni quidam viri, & quidem Catholicarum partium: ne ex solis Hæreticis invidiam nobis faciant: in eam sententiam partim evidentibus libri Judicium testimoniis; partim Josephi Hebræi Scriptoris adhibitione deducti sunt, ut vel corruptum à libratris numerum illum esse III. Reg. dicerent: vel aliam in eo rationem initam, quam ut totum ipsius intervalli tempus ea summa complecteretur. Quam in rem eruditè, & eleganter disputat Melchior Canus lib. xi. de locis. ubi numerum illum lib. III. Reg. ab exscriptoribus immutatum videri posse pluribus argumentis demonstrat, quæ nos ferè antea proposuimus. Tum eò demum labitur, primum ut fidei, ac religionis neget esse questionem: num cccclxxx. iste annorum numerus, librorum vitio scriptus sit, an potius idem ab auctore sacro in suo exemplari positus. Illud enim, ut numeri in Scriptura depravarentur, nonnumquam accidisse confirmat exempli aliquot. Deinde, ut Reg. III. sola Judicium tempora, annosque quibus administrarunt comprehensa putet. interregna verò, quæ sine dubio ab illorum annis separanda sunt, fuisse prætermissa. quam opinionem Emanuel Sa in brevissimis suis ad libros Regum annotationibus non dubitavit amplecti. Sed & Hugo Cardinalis ad librum eundem Reg. tertium, Josephi sententiam, quæ majorem numerum statuit, adscribens, nihil adversus eam severius dixit.

Non est eidei questio, quæ de intervalli lib. descriptur.

Hæc satis sunt: ut ne contra fidem, ac sacrorum lib. Pars II.

41 brorum majestatem commissum videatur, si plures, quam qui diserte commemorati videntur, anni intervallo isti tribuantur. Quod nimium temerè recentiores quidam Scriptores accusant. qui interim, ubi commodum est, licere sibi volunt non minus expressis Scripturæ locis relicti, & interpretatione sua mollitis, contraria omnia defendere.

Mea itaque sententia hæc est, non cccclxxx. annos præcise ab eo tempore, quo ex Ægypto per Rubrum mare transmissi sunt Israëlita, ad annum quartum Salomonis elapsos esse, sed plures aliquantò: neque tamen numerum illum lib. III. Regum esse depravatam; nec in eodemque solos Judicium annos putari, relicti interregnis. Ex his tribus quod primum est, paulò post adstruetur. Secundum ex eo mihi persuado, quod de ejusmodi Scripturæ locorum corrupte nihil temerè, ac sine gravissimis rationibus affirmari debeat; præsertim ubi Græcæ, ac Latinae omnes editiones cum Hebræica penitus concordant; quem consensum in eo, quo de agitur, loco cernimus. Tertium porro, nempe solos Judicium annos in illam summam esse conjectos, ut quem vitandæ difficultatis gratia consilium potius arbitror, quam certa ratione, aut judicio ab illis auctoribus allatum. Etenim quadragesimo octogesimo anno ab exitu filiorum Israël Templi fundamenta esse facta, quid aliud apud prudentem, neque studio iustarum partium occupatum lectorem sonat, quam totum illud interjectum ab Exitu tempus totidem annis, neque pluribus, paucioribusve contineri? Non bellè igitur opinio ista procedit; nec in ea unquam animus noster conqueiescere potuit. Quare alia nobis solidior excogitanda ratio est, quæ *ἡ τὸ πῶρον* Scripturæ testimonia in concordiam revocentur. Quod quidem expensis, ac studiosè tentatis omnibus, sic tractari, ac perficere posse probabiliter sanè duximus.

Ut igitur ab Historia libri Judicium auspicemur, sex in ea sunt servitutis tempora, quorum pleraque interregna creduntur. quorum omnium summa annos efficit cxi. Reliqua, Judicium spatia, detractis interregnis; annos componunt duodevigintis.

De his ante omnia observanda sunt tria. Alterum Judicis nomen, aut, ut Hebræi vocant, *שָׁרֵט*, diversas habere significationes. Nam & eum exprimit qui jus populo dicit; ac jurisdictionem exercet; tamen summa potestate, & *ἀνεπηρέμητος* non sit præditus. cuiusmodi in liberis civitatibus, aut sub Regibus Judices habentur, quorum omnis potestas, & functio alteri, ac superiori est obnoxia. Aut ad eum pertinet, qui summus, atque unicus moderator est; in quem populus universus ita jus suum transtulit; ut regiam, vel regia similem ei potestatem attribuerit. Ita Gothorum principes Judices, non reges appellatos esse scimus. Themistius Orat. x. de Athanarico. *ὁ τὸ γὰρ τὸ μὲν ἑ βασιλεύς ἐπινοῦναι ἀπέχρηται, τὸ δὲ ἰσχυρὸν ἔχει ἀρχὴν: οὐκ ἐπινοῦναι δὲ ἀπέχρηται, τὸ δὲ ἀνεπηρέμητος ἐστὶν ὡς ἐπινοῦναι ἀπέχρηται, τὸ δὲ ἀνεπηρέμητος ἐστὶν ὡς ἐπινοῦναι ἀπέχρηται.* Ideo enim Regis appellationem repudiavit, usurpat Judicis. Est enim illa potentia, hæc sapientia propria. Sic Amianus lib. xxvii. eundem Athanaricum vocat Judicem potissimum. Aut postremò Judex, Hebræica præsertim linguæ proprietate, vindicem, ultorem, & adeos, qui oppressi sunt, à potentiorum injuria liberandos cause cognitorem, disceptatoremque significat. Notum est, verbum *שָׁרֵט* in sacris libris sæpius pro eo quod est, vindicare, & ulcisci, accipi solere, & *שָׁרֵט* judicium, pro animadversione ac vindicta, vel liberatione: qua & affecti injuria sublevantur, & potentiores, à quibus illa est imposita, coercentur. * Ex his tribus notionibus tertiam potissimum sacris illis Judicibus convenit, vel eorum plerisque. Hoc enim Jud. II. 16. Scriptura demonstrat. ubi identidem peccante populo, ac resipiscente, suscitasse Dominus dicitur Judices, qui liberarent eos de vastantium manibus. Ideo lib. II. Esdræ, cap. 1x. 27. Salvatores appellantur. Et in tempore tribulationis suæ clamaverunt ad te: & tu de caelo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis Salvatores, qui salvarent eos de manu hostium suorum. & III. Jud. 14. Aod salvator dicitur. Quibus verbis veram ac propriam Judicium istorum rationem, institutionem, ac functionem aperuit; quæ in eo præcipue posita fuit, ut oppresso populo subvenirent, ab eoque exterorum vim, & injurias arcerent.

Unde 430. anni deducendi sunt

De Judicis officio & nomine.

F

Nihilom-

* Zervilius in Scorpiac. cap. III. Critus interpretatur Confors. Petrus.

Nihilominus ad hoc ipsum munus, ad quod divinitus excitabantur, accedebant & alia ejusdem ambitu potestati comprehensa; nempe jurisdictione quadam & potestas, sive commissa divinitus, sive potius populi consensu ac voluntate tradita; cum eximios illos, ac bene de se meritos Heroas premio summæ dignitatis, & amplitudinis affecerit. Itaque aut omnes, aut plerique saltem juris dicendi potestatem præditi fuerunt. quod in Debhora, Gedeone, & aliis Scriptura non obsecrare declarat. Sed utram Monarchicum penes illos regimen fuerit, certant eruditi viri, & adhuc sub judice lis est: de qua re Serrarius noster Quæst. xlii. in cap. III. Jud. Equidem sive summum & sive moderatum gubernandi jus habuerint; sive populi voluntati subiectum, ut ejus potestatis amplitudo; nec non tempus ipsum illius ex nutu, arbitrioque penderet; non omnes tamen crediderim ejusmodi gubernationem, ac jurisdictionem obtinuisse: sed quosdam Judices ea tantum significatione dictos; quam tertio loco recensimus. Quod de Samfone potissimum intelligi volumus. uti postea pluribus explicabimus.

Secundo nec illud ignorandum est; nonnumquam Judices non toti Israëlitarum populo, sed aliquot dumtaxat præfuisse tribubus: quod in Jephthe Galaadite perspicue cernitur. Quamquam enim populum universum à servitute, & calamitate liberarent, ac Judicum partes tertia illa significatione penitus implerent: non tamen ad universum populum illorum jurisdictione pertinebat; sed ad eam solum partem, quæ se ipsis sponte subjecerat. Ex quo, velut corollari loco, probabili illa conjectura ducitur: potuisse fieri, ut eodem tempore plures in populo Judices essent. sive quod imminentes diversis partibus, & alias, atque alias Tribus infestantes hostes ulciscerentur: sive quod non eundem Magistratum ac juris arbitrum sibi omnes Tribus præficerent. Hoc verò quandonam acciderit, ac qui Judices tempore & administratione conjuncti sint, certo asseverari non potest. verisimile est autem id in Samfone atque Heli contigisse, ut paulò post ostendetur. Cavendum est autem ne temere hac in parte quicquam statuiamus, quod cum expressa Scriptura auctoritate minus consentiat. Nam in plerisque spatia ipsa singulorum ac tempora nulla ratione commiseri confundique patitur; in Samfone nihil est quod prohibeat. Sed ut universè de intervallis omnibus agatur.

Tertio illud observandum est; cum sex omnino servitutum intervalla in Judicum libro contineantur; quadam ex illis ea verborum conceptione, ac narrationis serie declarari, ut nonnisi violenter & absurdè eum insequentibus, aut antecedentibus Judicum annis permisceri possint; quadam non incommode in illis exhauriri. Ac dum ego singula Scripturæ loca attentius expendo, quatuor priora dumtaxat interregna ea verborum complexione describi video, ut necessariò extra Judicum annos numeranda, ac separanda veniant. Prima servitus habetur Judic. III. 8. in ea servierunt viii. annis. Inde penitentia ducti, placato Deo, liberantur ab Othoniele, à quo Chusan Syriæ rex opprimitur: Quievitque terra quadraginta annis, com. 18. Sine dubio post expletos annos viii. nec aliter, nisi vis Scripturæ fiat, interpretari licet. Eodem capite, com. 14. peccantes Israëlita traditi sunt Eglon regi Moab xviii. annis: & postea clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis Salvatorem Aod. Mox com. 30. Humiliatusque est Moab in die illo sub manu Israël, & quievit terra lxxx. annis. Cum in die illa humiliarum dicit esse Moab; non aliud designat tempus, quam post xviii. illos oppressionis annos, cum servitutis periculi respicerent, ac Domini opem implorarent. Male igitur & contra Scriptoris mentem priores illi xviii. cum quietis & pacatis annis conjunguntur. Item cap. 14. 3. longè apertius discrimen illud apparet. Cum enim expostulisset, quemadmodum ob scelera sua in manus Jabin regis Chananaei traditi fuissent, subjicit: Clamaveruntque filii Israël ad Dominum: nongentos enim habebat falcatorum curus; & per viginti annos vehementer oppræsserat eos. Nempe postquam per xx.

Judices non toti semper populo præfuerunt.

Servitutum discrimen valde notandum.

* Potest & servitus illa postrema cepisse sub ultimis Abdonis annis; ita ut post duos, aut tres, aut plures annos, Deus ad liberandum populum fundamentis jacens Samfon nasci fecerit. Ergo natiuitas Samfonis contigit sub Abefan post servitutis initium; que cepit ante Samfonis

annos oppressi sunt; tum demum vociferari, ac Dei misericordiam implorare cæperunt. quod tempus Latini verbi, oppræsserat, melius exprimit. Inde post victoriam Debhoræ auspiciis partam, cap. v. com. 22. Quievitque terra per quadraginta annos. Quenam hæc est ratio, ut xi. anni quietis ad xx. revocentur; quod si faciunt, qui xx. servitutis annos quadragenis illis includunt.

Verum ex hoc ipso Judicum 14. capite, ubi Debhoræ mentio fit, firmum pro opinione sua argumentum ab adversariis objicitur. Quippe com. 4. Erat autem, inquit, Debhora Prophetis usor Lapidoth, quæ judicabat populum in illo tempore. Unde Tornielus ad an. 2591. concludit Debhoram etiam servitutis tempore judicasse; quod verbis illis ostenditur. Judicabat populum in illo tempore. Sed nullo negotio petitio ista declinabitur. Judicabat, inquit, in illo tempore. nimirum post annos xx. sub idem tempus, quo clamantibus Judæis annuit Dominus, & Debhoram, quæ paucis ante mensibus judicare cæperat, ad vindicandum in libertatem populum excitavit. Ad hæc licet servitutis tempore judicariam functionem exercere cæperit: non tamen hæc ad annos illos xl. qui in fine capituli memorantur, referri debet. Potuit enim etiam antequam liberasset populum, & servitutis tempore jus dicere. quod utrum totis illis, qui subsecuti sunt, quadraginta fecerit, Scriptura non exprimit; ut nefcias an xl. annis, an pluribus, aut paucioribus Debhora populo præfuerit. Ut vero res haberi, nimirum hoc liquet, xl. quietis annos ab superioribus, inquietis utique, & clamoris, oppressionisque plenissimis esse sejanctos. Postremò, si Hebraica verba diligentius exploremus, potest ex illis ea nasci sententia, quæ etiam ad Latina congruit: Debhoram videlicet in illo tempore judicasse; hoc est ad judicariam potestatem pervenisse; quod quemadmodum contigerit, deinceps à com. 6. declarare incipit. At comma 5. per parenthesis & ὁμοιωσάντων docet, cujusmodi Debhora ista fuerit, & quomodo jus dicere solita sit, postquam liberato populo ad ejus gubernationem esse evecta. Quasi diceret. Atque illa ipsa Debhora est, quæ sedebat sub palma, &c. Quarta servitus Madianitica non minus discretè cap. vi. ea verborum conceptione proponitur, ut evidentiissimum sit, septem illis annos extraposteriores xl. consistere, quod jam cap. superiore docuimus. Sola hæc intervalla quatuor apertum in historia sacra discrimen præferunt ab insequentibus Judicum spatiis. Reliqua verò duo nihil vetat cum prioribus aut posterioribus confundere. Etenim cap. x, 8. filii Ammon Judæos illos oppræsserunt, qui in Peræa, & trans Jordanem habitabant. quibus in servitute redactis, in Chananaeam ac trium maxime Tribuum fæde agros infuderunt. Quæ omnia xviii. annorum spatio confecta sunt. Neque vero soli tunc Ammonitæ; verum etiam Philisthi Judæos vexarunt; quos utique par est eam Judææ partem aggressos esse, quæ suis finibus erat propinquior. Utraque grassatio, & oppressio xviii. illis annis continetur: sed priorem Ammonitarum Jephthe Galaadites repræssit, pacemque restituit, ei videlicet Judæorum parti, à qua delatum illi est imperium. Nec enim Judæa omnis, sed solum Galaaditæ, & Transjordanitæ, qui ab Ammonitis vexabantur, ad Jephthe confugerunt, eumque sibi ducem ac Judicem præfecerunt, cap. xi, 8. At Philistæi, qui cum Ammonitis fortasse foedus inierant; interclusis illis, aut in Peræa dumtaxat quiescentibus, finitimas sibi Judææ provincias infestas habuerunt, eodem tempore, quo Jephthe Galaadites suos rogebat; & fortassis etiam sub Abefan. Ut nimirum octodecim annorum illa calamitas ad utramque populationem, Ammonitarum, & Philisthorum, pertineat; eaque sub Jaire cepta ad Abefanis usque temporaper solos Philisthos, aut in sola Chananaea propagata fuerit. Plerique enim Judicum, qui sub illa temporarecententur, non quemadmodum alii ad liberandum populum; sed juris dicendi gratià designati, ac delecti videntur. Certè nihil ab illis dignum memoria præferunt. Itaque nihil verat etiam illorum temporibus, occurrerit in alias, quam quibus præfidebant regiones, vicinos hostes impressionem fecisse. * Similiter postrema

Que sit opinio nostra de hoc intervallo.

Explicatur locus est lib. 3. Reg.

ortum aliquot annis. Finge anno v. Abefan Philisthos opprimere cepisse & anno vi. Samfonem natum: ita deserit servitus xl. annorum ultimæ Samfonis anno. Peruvius.

postrema Judæorum calamitas Jud. xlii. quadraginta annis circumscripta. cum Samfonis & Heli annis commiseri, & ad Samuelis usque tempus perducere potest. Quamvis enim à Samfone sepe læcessi, ac multis claudibus afflicti sint Philistæi, non tamen illorum è potestate ac tyrannide Judæos creptos fuisse, liquidò ex historia sacra constat. & quando ab illis captus, ac mortuus est Samfon, adhuc illorum jugo premebantur, ut ex cap. xvi. colligitur. Quinetiam Heli tempore: imò verò Samuelis; Philisthæi Judæis dominabantur, & in eorum provincia prædicia & stationes obtinebant: ut ex libro 1. Reg. apparet. Sed toto maxime Samfonis & Heli spatio Palæstini grassati sunt. ideo xl. illos annos nominatim Scriptura commemorat.

His velut fundamentis opinionis nostræ positis, intervallum ab Exodo ad Templi conditum annis definitum dxx. ita ut ad summam illam, quæ III. Reg. expressè videtur, xl. tantum adjungamus. quibus additis, opportunissime, ac felicissime pugnam illam, controvertentiàm dirimimus. Quod ut paulatim atque ordine demonstretur, primum illa, quæ ex Scripturis concepta leguntur, spatia proponenda sunt. Igitur Moyfi tribuuntur anni xl. Sequitur servitus prima Mesopotamena annorum viii. Inde Judices, & servitutis reliquæ ad usque Jaire inclusive. Colliguntur anni cccxi. Post exitis servitutis quinq; ac sextæ spatiis, sequuntur Jephthe, Abefan, Ahialon, Abdon, Samfon & Heli; quibus ambobus simul xl. annos imputamus. Totidem Samueli, & Sauti: Davidi totidem. Colliguntur omnes anni ccccxxvi. Josue itaque & Senioribus, qui post illum vixerunt, annos assignamus xxiv. ut dxx. compleantur. Cur Samfonis & Heli non plures quam xl. annos tribuamus, probabili hæc ratione ducimur; quod cum lxx. Interpretes: ut in Chronicis testatur Eusebius, & Sixtiana editio fidem facit: xx. tantum annos imputent Heli; Hebraica verò, & Latina editio, xl. non alia conciliandi ratio opportunior, meliorque succurrit, quam ut Samfonis tempore Heli judicasse putemus: ita nimirum ut ambo diversis in provinciis judicariam illam administrationem exercuerint; vel potius ut quod Samfonem Scriptura refert judicasse populum; nihil aliud sit, quam ad eum vindicandum ac tuendum, Philisthos oppræssisse; & in illos cadibus, ac populationibus efferuisse. De Heli verò, judicandi vox propria & communi significatione accipienda videtur, ut sit idem ac præfisse populo, jusque dicere. Hoc verò de Samfonis annis cum Heli administratione implicandis, quod in mentem nobis olim venerat, postquam Mafii Commentarios nacti sumus: huic ipse eruditissimo solertissimoque Interpreti tantò antè placuisse non sine voluptate compemimus. Hic enim Comment. ad caput ult. Josue, tametsi communem de annis ccccxxx. sententiam amplectitur; de Samfone nihilominus idem sentit, nuncquam illum Israëlitis imperasse, eisque vicenos annos totidem Heli prioribus accensendos. Nusquam enim, ait, sanctum ullo Principis officio Samfonem esse, meminisse. Tantumque absit, ut liberaret ille populum à Palæstinorum jugo, ut vinculis ipse istis tanquam dominis, dederetur à suis popularibus. Sed neque liberatum esse promiserat parentibus Angelus Dei; verum libertatem inchoatum modo: quam deinde Samuel, post illius & Heli excessum, esse perfecturus videlicet. Adversus hoc Mafii decretum, Genebrardi, Serrarii, Tornielli, & aliorum reprehensio nihil promovet. argumenta ex superioribus firmamentis facillimè discutuntur.

Supereff illud, ut quemadmodum cum trita illa celebrique lib. Reg. tertii auctoritate concordare opinio nostra possit, aperiamus. quandoquidem neque corruptum esse locum; neque citra Interregnum spatia solos Magistratum annos recensitos arbitramur; quorum alterutrum necessarium videbatur esse perisigium. * Hic ego, priusquam respondeo, vicissim ab adversariis meo jure postulabo, ut, quod antea propositum est, similem quamdam in alio Scripturæ loco ambiguitatem & consilium auctoritatum explent. Siquidem Exodi xli. com. 40. postquam Pars II.

Moyfes Israëlitarum ex Ægypto migrationem retulit, subjicit: Habitatio autem filiorum Israël, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Ita enim in Hebræis, ac postris Codicibus legitur. Respondent synodochicus cum Ægypto, Chananaeam: cum Israëlitis, & Jacobi posteris; una eorumdem majores intelligi. Nimis enim brevem annorum esse summam, quæ Ægypti ac commorationi certissimis ex argumentis, & aliorum locorum comparatione competit, quam ut ad illum numerum pertingat. Quod illi tam evidenti in Scripturæ testimonio non improbantibus nobis usurpant, ut suavi ac molli quadam interpretatione difficultatem leniant, id ipsum, nisi injusti sunt, altero in illo, de quo agitur, Scripturæ loco permittant necesse est; ut cum ab exitu Israëlitarum ccccxxx. anni computantur, synodochicus præter tempus illud, ac momentum, quo extra fines Ægypti pedem extulerunt, aliquid aliud intelligamus: nimirum totos illos xl. annos, quibus in vastissimis Arabia solitudinibus oberarunt, antequam Palæstinam intrarent. Quocirca nos in ea ratione consistimus; & exitum ex Ægypto tempus illud interpretamur, quo Israëlita trajecto Jordane, Chananaeam possessionem adierunt. Tum enim perfectè ex Ægypto migrasse, & exire desisse, putandi sunt, cum ad itineris metas, terminumque pervenerunt. Quòd si nulla penitus sacris ex libris exempla suppetere, in quibus similis quedam esset usurpata locutio; at prius illud crebrò opponendum foret; in quo cum neque Hebræos, neque Latinos codices mendis suspectos habeant, ad durissimam illam synodochen receptum habere coguntur; & quidem duplicem: ut & Ægyptum Chananaeam; & Jacobi filii, Abraamidarum omnium cūmiparant habeant. Quòd est verò nostra tolerabilior, cum vel in ipso egressione ex Ægypto vocabulo solam quadragenariam in desertum peregrinationem; vel in Ægypto, Arabiam, & interjectas Ægyptum inter & Chananaeam regiones intelligimus?

Sin est ut consimilibus exemplis doceri possit, exitum ex Ægypto pro anno ab exitu quadagesimo accipi, quo Israëlita Chananaeam ingressi sunt: numquid causa erit, quo minus planam illam, & commodissimam rationem cupidissimè complectamur, qua difficilem illum, & vere Gordium nodum solvere, & diffidentes specie ipsa Scripturas conciliare possimus? Unus atterve locus ipsa aliis jam dudum notatus est, ex quo non obscurè istud evincitur. Quippe Deuter. 14. bis occurrit, com. 45. & 46. Hæc sunt, inquit, testimonia, & ceremonie, atque judicia, quæ locutus est ad filios Israël, quando egressi sunt de Ægypto, trans Jordanem in valle, contra sanum Phagor, in terra Sebon regis Amorrhæi, qui habitavit in Hesebon quem percussit Moyfes. Filii quoque Israël egressi ex Ægypto posederunt terram ejus. In commate 45. cum Hebræis Latina consentientia manifestè tempus illud, quod Jordanis ripam Moyfes ista locutus est, quod paulò ante Chananaeam ingressum accidit, egressionem vocat ex Ægypto. בארצם כעשרים, cum egrederentur ex Ægypto. In sequentibus Hebræa paulò aliter, & ad eamdem sententiam Latinis aptiora sunt. Sic enim reddunt. Quem percussit Moyfes & filii Israël cum egrederentur de Ægypto בארצם כעשרים, & נאם non præfractè semper migrationis ac transitus per mare rubrum tempus significant; sed etiam annum ab eo quadagesimum, quo Israëlita Chananaeam, & longissimi erroris metas attingerunt. Quocirca verisimile est Scriptorem sacrum eodem sensu egressionis ex Ægypto vocabulum lib. Reg. tertio sumpsisse. Ad annos ccccxxx. si quadrageni illi peregrinationis accesserint; dxx. consistent anni, qui ex initis supra ratiocinis perbellè cum Judicum historia conveniunt. Nos epilogium omnem ad utriusque libri fidem expressum in sequentem Laterculum conferemus.

Exitus ex Ægypto late sumitur.

* Augustinus Quæst. cl. i. & clxxii. in Genesim, docet ingressum in Ægyptum Jacobi fumi pro toto tempore, quo in Ægypto peregrinatus est. Vide Salianum anno 2359. anno xi. Peruvius.

regnum annis cclix. consequens est annos imputandos Asyagum xxxvi. qui numerus proximè abest ab Herodoteo. Superest ut Medorum initium certo anno confignemus. Quod ex iis facillimum est, quæ cum hoc capite, tum supra in Asyriorum epocha disputavimus. Ac primum Cyri, & Perfarum primordium constituendum est. Deinde illud pro certo tenendum, ultimum Medorum regem Asyagum fuisse; ita ut posteaquam Cyrus Perfarum fundavit imperium, prius illud Medicum penitus desierit. Quamvis enim post Asyagum, Cyaxarem nescio quem Xenophontis fabulis, sive Darium inculcent aliqui; tamen, quod dixi, sine ulla dubitatione sentiendum est, in Asyage Medorum & Reges, & imperium planè defuisse. De fabuloso autem illo Dario, sive Cyaxare Medorum principe agetur postea. Jam Cyrus Perficum regnum consensu omnium instituit anno primo exeunte Olymp. lv. Periodi Julianæ 4155. Quare si de 4154 annos solidos cccxvii. deduxeris, relinquuntur anni 3837. Ergo anno 3838. Periodi Julianæ, mundi 3108. Arbaces Medorum regni primordia jecit, centum annis ante primam Olympiadem. Quod ex epocha Cyri colligitur. ad quam solidæ Olympiades celebratæ sunt liv. qui sunt anni ccxvi. Addito anno primo sequentis Olympiadis; sunt ccxvii. Duravit autem Medicum regnum annis cccxvii. Ergo ante primam Olympiadem annis centum cepit Arbaces: post Diluvium annis 1452. Vide quæ de Asyriis supra differimus.

CAPUT XXXVII.

De reditu Assyriorum regno. deque Ninivæ instauratione, ac Jonæ tempore.

POST illud tempus, quo Medos ortum habuisse, & ultimum Asyriorum regem Sardanapalum extinctum esse constat, novi quidam in Scriptura celebrantur Asyriorum reges, iisdemque potentissimi, qui & Niniven, sive Ninum urbem obtinuerunt, & à Babyloniorum rege Nabuchodonosoro postea delati sunt. De his magna est apud Chronologos quaestio; & plerique conturbandarum temporum occasione illam habuerunt, ut Sardanapalum longius infra legitimam ejus ætatem summovent. Alii, cum apud Diodorum legissent, Arbacen rerum potitum Belesin, à quo erat adjutus, Babyloniam præposuisse, hunc ipsum Phul Belesochum esse crediderunt, qui lib. iv. Reg. cap. xv. 19. memoratur. Verum cum Arbaces centum, uti dictum est, annis ante Olymp. primam inierit. Phul autem istius mentio fiat post annum dumtaxat Azariæ xxxix. qui est annus Periodi Julianæ 3943. circiter: appareat longo post Asyrios illos veteres tempore secundum hoc Asyriorum emeruisse regnum; neque illud esse probabile, quod quibusdam placet; Phulem, quem Viterbiensis impostor Belesochum cognominat, Sardanapali fuisse præfectum; & cum Arbace ac Belesi Asyriorum imperium esse partitum. Hanc enim conjecturam temporum ratio ipsa refellit.

Ego primum illud Asyriorum regnum in Sardanalpalo funditus corruisse sentio, & ad Medos, Arbacemque rerum pervenisse summam. Sed aliquanto post intervallo, exolescentibus paulatim Medis, & propter ignaviam ac mollitiem eorum inclinante fortuna, nonnullos defecisse; primum quidem Asyrios; postea Babylonios. Quod enim Medi non idem semper imperii decus, eundemque cursum ab Arbace ad Dejoem perduxerint, haud leve ex eo conjectura capitur, quod Herodotus Medos perdit ætate fuisse scribat. quod ego sic interpretor; ut Arbaces successores regni titulum sine potestate retinuisse velit: quomodo & Eusebius interprete Hieron. ad annum mcccvii. explicandus. Arbaces, inquit, Medus Asyriorum imperio destructo, regnum in Medos transfudit: & interim sine Principibus res agebatur, usque ad Dejoem regem Medorum. Hæc enim ex Herodoto descripta. quæ si aliter, ac diximus, intelligantur, mira est Eusebii oscitantia; qui cum nullos post Arba-

cem Medis fuisse principes existimaret; regum nihilominus octo successione & imperii propagationem singillatim exposuit. Redeo ad Asyrios; qui excusso Medorum jugo sensim convalescerunt, ac secundum iisdem in sedibus excitantur imperium, ubi prius existerat: instaurata, uti credibile est, sive ab ipsis, sive à Medis Ninive. Neque enim ad illorum opinionem accedimus, qui Niniven adversus historicam fidem ab Arbace solo aequatam negant. cum tametsi verum esset, quod illi falso sibi persuadent, Asyriorum secundum regnum statim post Sardanapali necem effloruisse; consentaneum sit ex recentibus, & fumantibus adhuc ruinis urbem illam amplissimam instauratam fuisse. Quod vel inde colligitur, quoniam Jonas Propheta, qui Jeroboamo regi Israëlitis victoriam de Syris prædixit sub annum Periodi Julianæ 3890. qui est post Arbaces initia annus lvi. Ninivem prædicavit. Etii annus prædicationis illius minimè constat. Ac fieri potest, ut longè ante Jeroboam Israëlitis regem Jonas victoriam ac restituendos Israëlitis terminos prædixerit: adeoque vivo adhuc Sardanapalo, vel etiam ante, Josaphat regnante, Niniven pervenerit.

Quis porrò imperii hujus instaurator, ac primus conditor fuerit, ignotum nobis est; quandoquidem nullus exteriorum Scriptorum secundum hujus Asyriorum regni meminit, nisi quod Herodotus sub Phraorte, & Cyaxare adhuc Ninive regnatum ab Asyriis prodiderit; quod perperam ad antiquum illud Asyriorum regnum pertinere credidit. Erant enim recentiores illi reges, quorum aliquot in Historia Regum, lib. iv. memorantur. Verum utrum ante hos alii regnaverint, & quoto anno iidem illi cœperint, Scriptura non exprimit. Quare incerta sunt regni hujus posterioris initia; ut & finis ipse, de quo postea. Primum itaque lib. iv. Reg. cap. xv. 19. nominatur Asyriorum rex Phul, qui Ozia regnante, ut opem Manahemo ferret, in Israëlitarum regnum cum copiis venit. Secundus est Teglati Phalar, qui sub Joathan Ozia F. Israëlitarum ingentem numerum in Asyrios transfudit, eod. cap. vers. 29. Tertius est Salmanasar: qui Ezechia regnante vixit, cap. xvii. 3. Huic successit Sennacherib ejus filius, ut Tobia cap. i. 18. legitur: qui Ezechia tempore regnavit, cap. xviii. 13. Quintus Assarhaddon Sennacheribi F. sub Ezechia cap. xix. 37. Anni verò, quot singuli regnaverint, incerti sunt. Quocirca nihil aliud conjectura nostræ superest, nisi paulò ante primam Olympiadem illos inisse; & ad annos præter lxx. floruisse, nimirum usque ad Ezechiam, & ultra decimum quintum ejus annum. Ac videntur postmodum à Medis superati. de qua re cum de Babylonis & Nabuchodonosoro sermo erit, accuratius disputabitur.

CAPUT XXXVIII.

De Macedonici regni primordiis.

HERACLIDARUM è genere primus imperii Macedonici conditor Caranus fuit; sextus decimus ab Hercule, ut Velleius Paterculius scribit. undecimus verò, si Dexippo credimus; cujus longum de Macedonum regibus catalogum habes in Excerptis Eusebianis pag. 47. Fuit hic Phidonis Heraclidæ, Argivorum regis frater. qui novarum sedium cupiditate, contracta manu, in Macedonia venit; ibique novo regno initium dedit. quod principio modicum; postea in immensum excrevit. Hujus initium statuitur ab Eusebio anno ante I. Olympiadem octavo & tricesimo. qui est annus Abraami 1203. Per Jul. 3900. A Carano tricesimus nonus Perces numeratur. Alexander verò Magnus, vicessimus quartus. At Velleius Alexandrum decimum septimum; Justinus duodecimum computant. Livius porrò vicessimum Perfen facit. Finis illius regni cœlesti caractere Lunarum defensionis insignis est: quando Perces à Paulo Emilio superatus est, & Macedonia à Romanis occupata. Fuit hic annus ab U. C. dcccxxvi. Periodi Julianæ 4546. Quocirca Macedonum regnum obtinuit annis dxxvi. Regum catalogum in calce Operis exhibebo.

CAPUT

* Poterò isti Babylone positi sunt, ut Salmanasar, & Sennacherib, 19. Reg. xvii. xvi. & Hii. x. Peruvius. † Addebat hic in suo exemplari Petavins: Hieronymus in cap. xxxvi.

Isaia reges enumerat sex, quorum ultimum facit Sennacherib; & post Salmanasar ponit Sargon, tum Assarhaddon, errore manifesto; nam Assarhaddon filius est Sennacherib. Petavins.

CAPUT XXXIX.

De Macedonum regibus. Explicantur dubia quadam de illorum successione, præsertim de Perdicæ tempore: super quo Eusebii & vulgaris Chronologia error: item Athenæi & aliorum convincitur. Plaro item defenditur.

IN horum successione regum haud medioeris sanè ab antiquis juxta ac recentioribus error admixtus est: qui illorum tempora præposterè collocarunt. Duo sunt maximè reges, qui hallucinationem detegunt, Alexander Amyntæ filius, decimus à Carano, & Perdicæ Alexandri F. undecimus ab eodem Carano. In priorè libro Græcæ editionis Eusebianæ, regum anni longè aliter putantur, quàm in utroque Latino: & quidem magis ad historiam congruit prioris calculus. Nam in Chronico Carani primus in annum confertur octavum & tricesimum ante primam Olympiadem. quod non improbamus. Decimus à Carano, uti dictum est, Alexander Amyntæ filius adscribitur anno secundo Olympiadis lxxix. Abraami dxxxiv. Additis ex methodo ad annos Abraami 2696. conficit annus Julianæ Periodi 4210. cujus ab autumno initium secundus Olympiadis lxxix. Antiochenus. Igitur anno Darii Hylistaspis filii lxx. cepit Alexander, Periodi Julianæ 4211. Regnavit annos xliii. ac defuit in eodem Chronico anno primo Olympiadis lxxx. qui incidit in Periodi Julianæ 4254. quo Perdicæ initium cui xxviii. annos imputat Eusebius: adeo ut anno iv. Olympiadis lxxxvi. defierit; cique successerit Archelaus, cujus exordium comparatur cum in eunte Olympiade lxxxvi. qua cepit ante Periodi Julianæ 4282. Eusebium imitatus Scaliger lib. 11. Iagog. Canon. pag. 163. Perdiccam iniisse ponit anno Periodi Julianæ 4254. Archelaum verò anno 4282. Consentit & Jacobus Cappellus: apud quem anno mundi 3540. Olympiadis lxxx. primo, Perdicæ regnare cepit.

At ex ea sententia absurdum illud consequitur; Perdiccam anno ante initium belli Peloponnesiaci decessisse. Huic verò historia omnis adversatur. Etenim Perdicæ ad xv. annum belli Peloponnesiaci pervenit: ut libro v. narrat Thucydides. Unde per imprudensiam Cappellus Perdiccam, quem anno, uti diximus, mundi 3540. iniisse scriperat, cuique annos octo & viginti tribuerat, superstitem facit anno 3577. & 3583. hoc est ix. & xv. belli: qua ratione tribus & quadraginta regnare annis, quod hypothesin evertit. Quocirca tam hujus, quàm Eusebii, & Scaligeri Chronologiam veritas ipsa redarguit.

Athenæus haud dissimili in culpa est, si quidem sua illius orationi integritas conficit. Nam lib. v. paulò ante finem Platonis ἀνεστραφέναι reprehendit, qui in Gorgia, postquam Archelaum illo ipso tempore, quo disputantem inducit Socratem, regnare dixit, quibusdam interpositis Periclem reus, id est paulò ante, ac nuper obiisse scribit. Verba Poli Sophistæ cum Socrate disputantis. Κεχρησται δὲ τὴν τὴν Περδικκὰν ὄντος ἀρχόντου Μακεδονίας; Archelaum hunc utique Perdicæ filium vides in Macedonia regnantem? Postea verò: Τί τὸ θεμιστευθεὶς οὐκ ἀπίστευτον ἀγαθὸν γενόμενος; ἢ Κίμωνας, ἢ Μιλτιάδην, ἢ Περικλέα τὸν ἐν τῷ πελοποννησιακῷ, ἢ τὸν ἀντιόχου; Quid porrò? Themistoclem non audis, qui utique vir bonus fuit; & Cimoneus, & Miltiadem, & Periclem ipsum, qui nuper excessit à vita? (Hi sunt illi quatuor viri, pro quibus contra Platonem scripsit Aristides.) His Platonis verbis γεγονέναι ἀμάρτυρα subesse Athenæus existimat. Nam si verum tunc fuit, nuper obiisse Periclem, falsum erat Archelaum regnare. Nam Perdicæ Archelai pater regnavit annis, auctore Nicomede, xli. vel xxxv. ut scribit Theopompus. Anaximenes xi. tribuit; Hieronymus xi. Marfyas & Philochorus xxii. Sumatur minimum hic omnium numerus: ex quo ita colligit. Περικλῆς δὲ Σοκράτην καὶ τὸν τελευτῆσας τὸν Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, ἀρχόντος Ἐπιμενίδου, ἐφ' ἃ πλεονεκτήσας Περδικκῆς, ἢ τὸν βασιλέα Κεχρησται ὄντος ἀρχόντου. πῶς ἐν νεωσὶ ἐπὶ Πλάτωνος πλεονεκτήσας Περικλέα; Pericles verò moritur circa tertium annum Peloponnesiaci belli, Archonte Epaminone, sub quo Perdicæ moritur, etque successit Archelaus. Quomodo igitur nuper excessisse Pericles apud Platonem dicitur. Peripica est loci istius absurditas: si quidem Perdiccam dicit obiisse eodem, quo Periclem, anno & Archelaum iniisse. contra

quàm Athenæus contendit, qui longè post Periclis mortem initium Archelai contigisse statuit.

Itaque Casaubonus lib. v. Animadv. cap. xviii. cum mendosa illa animadvertit esse verba, tum ad eorum castigationem viam sibi Chronologica illorum temporum disputatione præstruxit, cujus hæc summa est; anno Olympiadis lxxxvi. ultimo Periclem Athenis, & Alexandrum in Macedonia mortem obiisse. huic successisse Perdiccam; qui annis tribus & viginti regnavit. Hunc porrò Archelaus excepit: quem Diodorus libro xiv. refert obiisse anno secundo Olympiadis xcv. Prætor Athenis Aristocrate, cum regnasset annos septem. quibus de secundo Olympiadis xcv. anno deductis, reliquus est Olympiadis xciiii. annus tertius, quo Archelaus regnare cepit. Is est autem belli Peloponnesiaci vicessimus sextus, quo Prætor Athenis erat Callias, Periodi Julianæ 4308. Ex quo locum illum Athenæi sic corriggit: ἐφ' ἃ πλεονεκτήσας ἀντιόχου, ἢ τὸν βασιλέα Περδικκῆς ἀρχόντου ὄντος ἀρχόντου ἐπὶ Κεχρησται ὄντος ἀρχόντου, ἢ τὸν βασιλέα Κεχρησται ὄντος ἀρχόντου. Sub quo moritur Alexander, etque Perdicæ successit. qui ad Prætorum usque Calliam regnavit: sub quo Perdicæ obiit, & successorem habuit Archelaum.

Sed illa primum Casauboniana putatio cum historia, Resolli- & Thucydidis auctoritate pugnat. Etenim Perdicæ ante Periclis obitum Macedonia rex fuit: imò verò Peloponnesiacum ad bellum Lacedæmonios impulit, statim post navale Corcyreorum & Corinthiorum certamen. uti lib. i. Thucydides narrat. Vide & Diod. xii. Offensum verò Atheniensibus esse Perdiccam ideo scribit τὸν Μακεδόνων βασιλέα, quòd Philippo, atque Derda fratribus suis, quibus cum bellum ipsi erat, auxilia misissent.

Quid in ea quaestione probabilis videatur exponam, ubi nonnulla de Alexandro Perdicæ patente dixerò. Cujus exordium incidit in annum Olympiadis lxxxvii. secundum, Periodi Julianæ 4243. ex eadem Casauboni Chronologia. Regnavit enim annos xl. ubi scribit Eusebius: qui ab anno 4285, quo excessit à vita, computati relinquunt initio illius annum 4243. qui decimus est à clade Xerxis ad Salaminem. Atqui ex Herodoto liquet Alexandrum diu ante regnum cepisse. Nam lib. viii. cap. cxxxvii. editionis Francofurt. scribit historia pater altero anno, quàm victi sunt Perse, Mardonium, qui à Xerxe relictus erat ad invadendam Græciam, legatum Athenas misisse illum ipsum Amyntæ filium Alexandrum: quem & lib. ix. ubi ejusdem anni gesta perterrit, τὸν βασιλέα Μακεδόνων nominat. Ergo saltem anno Periodi Julianæ 4235. & secundo Olympiadis lxxxv. regnare cepit.

Quæ cum ita sint; mea hæc sententia est, Perdiccam regnum capevisse anno Periodi Julianæ 4278. primo Olympiadis lxxxvi. & anno 4301. Olympiadis xci. quarto mortuum esse, quando & Archelaus regnare cepit. Archelaus demum, postquam xv. imperavit annis, obiit anno 4315. Archonte Aristocrate: ut refert Diodorus, qui non plures quàm vii. eidem annos imputat. Quòd si verius est; tum demum Perdicæ plures tribendi sunt. Nam & alioqui varia sunt de illius tempore veterum sententia. Omnino verò ante bellum Peloponnesiacum ponenda sunt ejus primordia; exitus, non ante xv. belli Peloponnesiaci statuendus. De Alexandro Perdicæ patre probabile mihi videtur, ipsum anno Periodi Julianæ 4235. mortuo patre regnum inchoasse. Quod non modo consequentium regum series ostendit: sed etiam Herodotus ipse significat. Nam lib. viii. cap. cxxxvi. edit. Francof. cum narraret à Mardonio, quem Xerxes accepta clade reliquit in Græcia, legatum Amyntæ filium Alexandrum Athenas esse missum, hunc ipsum non regem Macedoniae; sed ἀνδρα Μακεδόνων nominat. At lib. ix. cap. xliiii. aliquanto interlapso tempore vocat στρατηγὸν, ἢ βασιλέα τὸν Μακεδόνων, ducent Macedoniae ac regem. Hinc igitur verisimile fit Amyntam hoc anno decessisse, & Alexandrum iniisse. Atqui nos lib. xliiii. dum communi illi, sed falsæ sententiæ plusculum tribuimus, & cum Thucydide nihilominus eandem conciliare volumus, biennio dumtaxat ante belli Peloponnesiaci primordium Perdiccam Macedoniae regem fecimus. Sed ad Diagramma, quod in libri hujus calcem conjecimus, Macedoniae regum epochas dirigere satius est. Tamest integrum cuique fit, in tanta veterum inter se dissenfione, reges illos alter ordinare:

Casaubo- ni error.

Refolli- tur Casaubo- ni error.

De Alex- andro Perdicæ patre.

Perdicca regnum.

III

VI

ordinare: dummodo contra historiam minime peccetur. Carani tamen in anno Periodi Julianæ 3900. retinemus initium. His animadversis, velut præcipua istud existit, quam temerè Platonis Dipnosophista ille Grammaticus obstrapat; quod Periclem scripserit νεωσ, nuper obiisse, cum id Archelao regnante dicitur. Nam XVI. dumtaxat annorum intervallum est. quod recens fuit, si cum Miltiadis, Themistoclis, ac Cimonis morte conferatur. quorum novissimus iste XXXVI. annis circiter ante Archelauum mortuus erat.

CAPUT XL.

De initio Olympiadum, & primo anno Iphiti. Scaligeri doctrina tam in lib. v. de Emend. pag. 358. quam in Animadver. Euseb. & Isagog. Canon.

- I. LONGE ante Iphiti tempus Olympici agones instituti fuerunt. Primus eorum conditor Pelops fuit. tum instaurator Hercules. tertio ab Iphito restituti, & perpetua lege constituti sunt. Ab initio tamen, inquit Scaliger in Animad. pag. 65. & in Isag. Can. pag. 283. non per quadriennium celebrantur: sed quoties aureus Numerus erat XVI. adeoque post singulos cyclos Lunares, cum Novilunium incidebat in IX. Julii. Atque hoc demonstrativum esse idem ille pronunciat.
II. Postea collapsos agones Iphitis instauravit: sique deinceps stans annorum quatuor intervallis propagati sunt. Utebantur autem initio Græci veteres anno illo, qui CCCLIV. diebus constabat. sed ita ut exactis bienniis, alternis XXII. & XXIII. dies intercalarent, & pro secunda mensis nonam, aut octavam dicerent. quemadmodum in cavis tertiam pro secunda. Hinc Herodotus putavit annos omnes CCCLX. diebus constare, & singulis bienniis exactis mensem τετραετηριον intercalari. In quo pueriliter peccavit. Animadvertendum verò eas nationes, quæ Pentaeterica sacra celebrabant, anno usas esse, qui CCCLX. diebus evolvebatur; ita ut post IV. annos mensis unus dierum XXI. infereretur: ut Solinus indicat. Quæ verò Trietericis sacris utebantur, earum annus dierum fuit CCCLV. & alternis bienniis XXI. & XXII. dies inculcati sunt. Quæ Pentaeterica certamina peragebant, annum habuerunt dierum CCCLX. & post annos IV. dies XXI. intercalarunt. Cum igitur XXI. dies intercalarentur, tempus illud cultu aliquo Trieterico signabant. cum autem XXI. infererent, hoc item tempus celebriore solemnitate notabant: Elidenfes Olympiade, Athenieses majoribus Quinquatribus. De Elidenfesibus tamen incertum est, utrum hac forma usi sint, & quando uti desierint. Nam postea XXX. dierum menses usurparunt: & quinto quoque anno ineunte, primus mensis incipiebat à Novilunio.
III. Græci primam putant Olympiadem, quam anno Periodi Julianæ 3938. Iphitis instauravit Julii XXI. Ab XVI. feriâ III. ejus Neomeniæ character 3, 3, 905. Julii IX. anno Judaico 2985. Inde obtinuit, ut Neomenia primi mensis Elidenfium, qui erat Macedonibus Hyperbeteaus, nunquam promoveretur citra IX. Julii, obicem & terminum ei statuendo VIII. Julii, quem propterea vocabant τροπέ; θεομνάς.
IV. Hoc tempus lustrum à Latinis vocatur. Sed desito lustrum Olympiadicum, Julianum lustrum Olympiadem appellarunt. quod aliquot exemplis ex Aufonio, & Socrate petitis adstruitur; quæ nos tum cum reselluntur, exscribemus.

CAPUT XLI.

De veterum Olympiadum temporibus ante Iphitum, ex Pausania, & Eusebio, quibus Scaligeriana somnia discutiantur.

Pag. 154. AUCTOR est Pausanias in Eliacis primos omnium ludos Olympicos ad Hercule conditos fuisse, non illo tamen Hercule, qui Jovis, & Alcmenæ filius Poëtarum celebratur carminibus: sed ab antiquiore nomi-

nis ejusdem altero, qui unus ex Idæis Daçtulis fuit, quibus Rhea Jovem alendum commisit. Verba Pausania. Η Ερμῆς ἐν ἀφῆσιν τῷ Ἰδαίῳ δόξα τὴν πρῶτην ἀγῶνιστον πεποίητο, ἃ Ὀλύμπια ὄνομα θῆκε. Δὲ τὸ πρῶτον ἐν ἱεροῦ αὐτῶν κατηγόρητο ἀγῶνιστον ἐν αἰσίοις π, ἃ οἱ ἀδελφοί, πρῶτον ἵσαν ἀεθλοῦσιν. De Hercule igitur Ideo fert opinio, primum hunc certaminis auctorem fuisse, & Olympiorum nomen indidisse. Quæ quidem quinto quoque anno celebrari jussit, quòd eundem cum fratribus numerum explet. Subjicit in eo certamine Saturnum cum Jove congressum: tum Apollinem cum Mercurio. Postea Clymenus Cardis F. annis post Deucalionis Diluvium quinquaginta, ludos instauravit. Hinc Endymion Æthlii F. Exinde generationis unius interjecto spatio, Pelops omnium celebratissimos peregit in honorem Jovis. Post hunc Amythaon. Inde Pelias & Neleus. Tum Ageas. Item Hercules posterior expugnata Elide; quando & Iolaum coronavit. Secundum hunc Oxyllus: à quo deinceps intermissos Iphitis renovavit. Hæc ferè Pausanias. Eusebius in Chronico bis præsertim ante Iphitum Olympia celebrata refert. Primum anno DCCXV. Acrisii anno XXI. Pelops, inquit, Peloponnesus renovavit: Olympiis quoque præfuit. Secundò ad annum DCCX. in Edit. Pontaci. Hercules agone Olympiicum constituit: à quo usque ad primam Olympiadem supputantur anni CCCXXX. Scaliger in Animadv. ad annum DCCX. & in Isagog. Canon. loco citato, primum certamen à Pelope celebratum esse vult anno Eusebiano DCC. ut erat in codice Pauli Petavii Parisiensis Senatoris. Tempus porò fuisse XXI. Julii: quòd Novilunium incidere in IX. Julii anno 3998. Posterius autem ludicrum ab Hercule peractum affirmat anno Eusebiano DCCXV. annis V. tardius, quam Eusebius refert. Atqui pessimi exempli res est; pro ingenio ac libidine tua, qui ad opinionem tuam accommodes, auctorum immutare sententias. De priore quidem illo Eusebii loco, non valde pugnet, quin annus DCC. esse debeat. quemadmodum existat in duplici codice membranaceo Eusebiani Chronici sanè vetustissimo, qui est penes P. Sirmondium. Alter verò locus quid meruit, ut à Scaligero sola ex opinione, sine veterum suffragio librorum, contra mentem Scriptoris interperaretur? Nam si librorum auctoritas agitur, quamvis istiusmodi argumentationum, & conjecturarum quicquid demonstrationis & temporum characteres appellare, nescio quam prudentis iudicii sit. Denique non vanus modò conjector, sed sibi etiam, doctrinæque suæ contrarius est hac in parte Scaliger. Quæro enim qui veteres illi potuerint annum quemlibet XIX. ac novilunii in IX. Julii congruentis opportunitatem capere, sine cycli decemnovennalis scientia; quam primum omnium Metonem excogitasse Scaliger ipse non negat, annis post Olympiadem primam amplius recentis. Quinetiam alterum necesse est, ut in VIII. Julii νέτρον θεομνάς, & solstitium civile præfuit illi posuerint. Quod nihilo magis Scaliger conceditur. Atque ut de lunari primum cyclo videamus, satis opinor, in Scaligeriana doctrina contritum esse, veteres Græcos nullo alio cyclo ad parianda Solis & Lunæ ratiocinia usos esse, quam Octaeteride. Hæc nos in primo & secundo libro abundè discussimus. Antiquissimus enim, ut agnoscat Scaliger, orbis hic annorum existit, in quo Solem cum Luna congruere persuasum fuit. Quamobrem post annos VIII. novilunia ad eisdem reverti dies existimabant. de XIX. annis nulla, ne levis quidem adhuc erat nata suspicio. Quomodo igitur Pelops, & Hercules cyclum illum XVI. & annorum XIX. circulum observare potuerunt? Jam quod νέτρον, & solstitium æstivum in Julii VIII. hæsisse dicit, novilunium verò primum Julii IX. quantum habet absurditatis! Etenim νέτρον illa veterum, & solstitia, octavas asserit partes esse signorum. Ideò Pelopis & Herculis ævo Solis in Cancrum ingressus, sive Neomenia Carcinonis; competere debuit Kalendis ipsi Julii. Atqui id Iphiti sæculo demum accidit. Quippe anno quo prima Olympias inii, Karkinonos Neomenia Kalendis Julii commissa est; ut in hoc libro, & capite declarat. Ergo ante anni XXI. quando Pelops primum ludicrum edidit non Kalend. Julii, sed ejusdem mensis quinta circiter die congruebat. Unde & octava Carcinonos, sive νέτρον, XI. Julii tribuendum est. Equis Scaligeriana ista legens risum contineat? Nam quòd post Olympiadem primam deinceps νέτρον hæsisse docet in IX. Julii, est est falsissimum, utcumque tamen hæc specie defenditur, quod prima Olympiacorum certaminum epocha, postquam semel occupata fuerat, perpetua lege & observatione sancta fuit. De Pelopis autem & Herculis sæculo quid fingi potest ejusmodi? aut qua ratione factum esse tuebatur, uti quingentis & amplius annis antequam octava Cancri pars ad Julii VIII. diem perveniret, in ea νέτρον & Solstitium sit à

certissimi. De quibus ad annum DCCX. sic exclamat. Sanè hæc non sunt epula plebeiorum ingeniorum, & eorum, qui hodie misera chartas disperdunt fanaticis suis Chronographiis. Quid, rogo, est in tota hac argumentatione non rationis manissimum? Anno quolibet vertente XIX. cyclo XV. quondam Olympia celebrantur. Unde habes? Nempe quia Pelops anno Periodi Julianæ 3398. eodem illo cyclo, ludos instituit. Quid tum? An de reliquis constat, sine quorum ad illos comparatione perit ariolo sua merces? Nihil minus. Nam sequentes ab Hercule celebrati sunt, anno Periodi Julianæ 3507. cyclo XI. ut est in Eusebii Chronico. Quod enim in annum 3512. arcentur II. Iudi, sola id Scaligeri divinatione, non ratione ulla, vel antiquorum suffragatione pervincitur. Demonstratio certis, veris, ac confessis innititur. Hic sola vaticinatio, & conjectura syllogismi caput ac robur continet: si mendosus videlicet Eusebii ἀφῆσιν esse concedimus, & pro DCCX. anno, DCCXV. subrogari patimur. Quod nisi per nos licet, uti nullo jure condonari potest, vanissima est collectio. Sed reliqua porò videamus. Veteres, inquit in Isagog. Canon. lib. III. tradunt primum ludicrum Olympiicum Jovi dicatum fuisse, nimirum à Pelope: secundum ipsi Pelopi ab Hercule: tertium Herculi ab Iphito. Si tam utatum illud erat, uti cyclo XVI. quando in IX. Julii novilunium incidere, agones instaurarentur, oportebat & ab Iphito eodem cyclo celebrari. Atqui prima Iphiti Olympias convenit in cyclo V. Cur non Eusebiana illa duo loca recensuit, & in annos illos ludicra duo summovit, qui cyclo V. præditi sunt, quo majorem fucum faceret? Rursum dicam: istiusmodi argumentationum, & conjecturarum quicquid demonstrationis & temporum characteres appellare, nescio quam prudentis iudicii sit. Denique non vanus modò conjector, sed sibi etiam, doctrinæque suæ contrarius est hac in parte Scaliger. Quæro enim qui veteres illi potuerint annum quemlibet XIX. ac novilunii in IX. Julii congruentis opportunitatem capere, sine cycli decemnovennalis scientia; quam primum omnium Metonem excogitasse Scaliger ipse non negat, annis post Olympiadem primam amplius recentis. Quinetiam alterum necesse est, ut in VIII. Julii νέτρον θεομνάς, & solstitium civile præfuit illi posuerint. Quod nihilo magis Scaliger conceditur. Atque ut de lunari primum cyclo videamus, satis opinor, in Scaligeriana doctrina contritum esse, veteres Græcos nullo alio cyclo ad parianda Solis & Lunæ ratiocinia usos esse, quam Octaeteride. Hæc nos in primo & secundo libro abundè discussimus. Antiquissimus enim, ut agnoscat Scaliger, orbis hic annorum existit, in quo Solem cum Luna congruere persuasum fuit. Quamobrem post annos VIII. novilunia ad eisdem reverti dies existimabant. de XIX. annis nulla, ne levis quidem adhuc erat nata suspicio. Quomodo igitur Pelops, & Hercules cyclum illum XVI. & annorum XIX. circulum observare potuerunt? Jam quod νέτρον, & solstitium æstivum in Julii VIII. hæsisse dicit, novilunium verò primum Julii IX. quantum habet absurditatis! Etenim νέτρον illa veterum, & solstitia, octavas asserit partes esse signorum. Ideò Pelopis & Herculis ævo Solis in Cancrum ingressus, sive Neomenia Carcinonis; competere debuit Kalendis ipsi Julii. Atqui id Iphiti sæculo demum accidit. Quippe anno quo prima Olympias inii, Karkinonos Neomenia Kalendis Julii commissa est; ut in hoc libro, & capite declarat. Ergo ante anni XXI. quando Pelops primum ludicrum edidit non Kalend. Julii, sed ejusdem mensis quinta circiter die congruebat. Unde & octava Carcinonos, sive νέτρον, XI. Julii tribuendum est. Equis Scaligeriana ista legens risum contineat? Nam quòd post Olympiadem primam deinceps νέτρον hæsisse docet in IX. Julii, est est falsissimum, utcumque tamen hæc specie defenditur, quod prima Olympiacorum certaminum epocha, postquam semel occupata fuerat, perpetua lege & observatione sancta fuit. De Pelopis autem & Herculis sæculo quid fingi potest ejusmodi? aut qua ratione factum esse tuebatur, uti quingentis & amplius annis antequam octava Cancri pars ad Julii VIII. diem perveniret, in ea νέτρον & Solstitium sit à

Pelope collocatum? Est enim, uti dixi, diei IX. Julii ad Solstitium designatio quingentis annis Pelopis ætate posterior. Ac nos ea sic disputamus, quasi reliqua, quibus doctrina ista fulcitur, vera sunt postulata Scaligeri; hoc est perinde ac si Iphiti sæculo Carcinonis Neomenia, sive Solstitium, & ingressus Solis in Cancrum in Kal. Jul. incidere. Quod quidem in hypothesi dumtaxat Alphonsini anni, & æquabilis Tropici verisimile est, quæ utrum per illud tempus congrueret nobis est incertum. Ex quo planum est, quod libro superiore pluribus agitatum est, quamvis cetera consentent, nihilominus incertam fallacemque adhuc illam esse doctrinam, quam demonstrativam appellare non est veritus.

CAPUT XLII.

De Anno Græcorum ad Olympiades accommodato: deque mense, ac die ludicri Olympici, & ejusdem epocha.

MULTIPLEX initio capitis hujus est errorum, ac facunda copia. Nam & pugnancia loquitur Scaliger, & quæ aliis in locis velut indubitata posuerat, contrariis opinionibus evertit.
* Principio quod de anno Græco in libro I. traderat, deque Tetraeteridis dispositu, id hoc in loco labefactatur. Multum in eo quippe sudaverat, ut Græcorum menses omnes tricenariis constituisse diebus ostenderet, & appendices dies ad annos singulos accessisse duos. Ita cum in annis quatuor dies confluerent 1447. & cum anno lunari civilis quadraret; descenderent autem utrique ad Solarem & Julianam Tetraeteridem complendam dies XIV. (Est enim ista dierum 1461.) expectata sequenti Tetraeteride, mensem unum intercalatum fuisse. Ex hac Tetraeteridis, & Octaeteridis forma Periodus annorum sex & septuaginta contexitur, diebus constans 27759. in quibus Tetraeterides sunt XIX. Octaeterides VIII. totidemque menses intercalares civiles & tricenarii, ac præterea Tetraeteris superflua. Eiusmodi anni Tetraeteridos, ac Periodi descriptionem apud Græcos omnes observatam esse non solum toto libro I. ex instituto demonstrat; sed in reliquis, & ubique ferè eo velut principio, ac doctrinæ totius fundamentum nititur. Itaque capite de anno æquabili minore Græcorum pluribus argumentis & Scriptorum testimonio Gazam oppugnat, & Macrobius, ac Solinus; quòd lunarem Græcorum annum esse docuerant, contra & Herodoti, & Aristotelis, & antiquorum omnium consensum. Ipse autem menses illorum omnes tricenarios, annum dierum CCCX. fuisse perendit, cum accessione bidui; & hanc ipsam Tetraeteridem ac Periodum Græciæ populis omnibus sine ullo discrimine tribuit: Atheniensibus, cap. de Periodo Attica: Elidenfesibus Olympiorum præfidibus, cap. de Periodi Olymp. & sequentibus. Veluti de eadem Olympica Periodo loquens. Eamque Periodum non solum Atheniensis, sed & alia Græca nationes amplexa sunt. Antiquissima verò omnium Tetraeteridum est Olympica. Ideo Periodus Olympica ante omnes, & primo loco ponenda: præsertim cum reliquæ omnes ab hac derivata sint. Tum pag. 39. de Olympica Periodo. Ita ut verissima hæc sit Periodus: ad quam cetera omnes Græciæ Periodi diræta sunt tanquam ad certam regulam, &c. Sic Elidenfes Hierophantas ait inter octavam & nonum diem Julii in sua illa Tetraeteride diem intercalasse. Sed capite de Macedonica Periodo apertissimè Tetraeteridem ac Periodum illam universis Græcis assignat. Omnes, inquit, civitates Græciæ Periodum Olympiæ ab initio amplexa sunt, religionis causâ, &c. Ergo & Macedonas ipsos, & Bithynos, & Pythios, & Thebanos, & Syracusanos, & Lacedæmonios, & Samios singillatim eodem anni ac Periodi typo usos esse confirmat. Quæ cum ita constanter, ac præclare disputasset, hoc demum in capite velut Ciræo poculo repente mutatus novam quamdam, & contrariam annirationem Græciæ populis affingit. Veteres ait Græcos, cum scirent annum lunarem CCCLV. dierum numero constare,

* Cyprius Cateches. XII. pag. 262. Ὀλυμπία δὲ πρῶτ' Ἐλλὰς κληθήσεται ἡ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπιπέδου αἰῶνος, ἀπὸ τῆς κατὰ περὶ Ἰφίτου ἡμέρας, ὅτ' ἦν τῆς τετραετίας ἀπὸ τῆς ἐπιπέδου αἰῶνος. Petauius.